UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum confessio sit actus virtutus? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Visual Library

guſt.* tangitur, & ſubſtantia actus, in apertione: & de * *poſita*
quo fit confeſsio, cum dicitur morbus latens: & cau- *in arg.* 1.
ſa, in ſpe veniæ. & in alijs definitionibus * tanguntur * *in arg.*
aliqua de illis quinque aſsignatis, vt cuilibet inſpi- 4. *poſitis.*
cienti patet.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis ſacer-
dos aliquando ſciat eius peccatum vt homo, non ta-
men ſcit vt Chriſti Vicarius. Sicut etiam iudex ali-
quando ſcit aliquid vt homo, quod neſcit vt iudex:
& quantum ad hoc, per confeſsionem aperitur. Vel
dicendum, quòd quamuis actus exterior in aperto ſit,
actus tamen interior qui principium eſt actus exte-
rioris, in occulto eſt: & ideò oportet quòd per con-
feſsionem aperiatur.

Ad ſecundum dicendum, quòd confeſsio præſup-
ponit charitatem, qua quis viuus efficitur, vt in lit-
tera * dicitur: Contritio autem eſt in qua datur cha- * *Lib.* 4.
ritas. Timor autem ſeruilis qui eſt ſine ſpe, eſt præ- *Sent. diſt.*
uius ad charitatem. Sed habens charitatem magis mo- 18. §. *D.*
uetur ex ſpe, quàm ex timore: & ideò cauſa confeſ-
ſionis ponitur potius ſpes, quàm timor.

Ad tertium dicendum, quòd peccatum in qualibet
confeſsione aperitur ſacerdoti, & clauditur alijs,
confeſsionis ſigillo.

Ad quartum dicendum, quòd non oportet in qua-
libet definitione omnia tangere, quæ ad rem defini-
tam concurrunt: & ideò inueniuntur quædam defi-
tiones ſiue aſsignationes, datæ penes vnam cauſam,
quædam penes aliam.

ARTIC. II.

Vtrum confeſsio ſit actus virtutis? 26

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd con-
feſsio non ſit actus virtutis. Omnis enim actus
virtutis eſt de iure naturali: quia ad virtutes apti ſu-
mus à natura, vt Phil. dicit in 2. Eth.* Sed confeſsio
non eſt de iure naturali. Ergo non eſt actus virtutis. * *paulo à*
¶ 2 Præterea, Actus virtutis magis conuenire po- *principio*
teſt innocenti quàm ei qui peccauit. Sed confeſsio *lib.* 2.

pecca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccati de qua loquimur, non poteſt innocen
uenire. Ergo non eſt actus virtutis.

¶ 3 Præterea, Gratia, quæ eſt in ſacram
aliquo modo modo differt à gratia, quæ eſt in
tibus & donis. Sed confeſſio eſt pars ſacramen
go non eſt actus virtutis.

SED contra, Præcepta legis ſunt de actibus
tum. Sed confeſſio cadit ſub præcepto. Ergo eſt
virtutis.

¶ Præterea, Non meremur, niſi actibus virt
Sed confeſsio eſt meritoria, quia cœlum aperit
littera Magiſter * dicit. Ergo videtur, quòd ſit
virtutis.

lib. 4. Sēt. d. 17. §. A. in medio. innuitur q. 1. ar. 2.

RESPONDEO dicendum, quòd ad hoc qui
quis actus dicatur virtutis, vt prius dictum eſt
ficit quòd in ſui ratione aliquam conditionem
cet, quæ ad virtutem pertineat. Quamuis autem
omnia quæ ad virtutem requiruntur, importet c
ſio: tamen importat ex ſuo nomine manifeſtati
alicuius, quod in conſcientia tenet aliquis: ſic
ſimul in vnum os & cor conueniunt. Si enim q
quid proferat ore, quod corde non tenet: non c
feſsio, ſed fictio. Hæc autem conditio ad vi
pertinet, vt aliquis ore confiteatur quod corde
& ideò confeſsio eſt bonum ex genere, & eſt
virtutis. Sed tamen poteſt male fieri, niſi alijs
tis circumſtantijs veſtiatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad con
nem modo debito faciendam vt oportet, &
oportet, & quando, in generali inclinat ratio
ralis: & ſecundum hoc confeſsio eſt de iure na
Sed determinatio circumſtantiarum, quando, &
modo, & quid confiteri oporteat, & cui; hoc
inſtitutione iuris diuini in confeſsione de qua l
mur. Et ſic patet quòd ius naturale inclinat ad
feſsionem, mediante iure diuino, quo circumſ
determinantur: ſicut etiam in omnibus eſt, qu
de iure poſitiuo.